DE CODICE BRUCIANO

SEU DE LIBRIS GNOSTICIS QUI IN LINGUA COPTICA EXSTANT COMMENTATIO.

PARS I.

A QUA HAERESI ET QUO TEMPORE ‚PISTIS SOPHIA‘ ET ‚DUO LIBRI JEÛ‘ SINT CONSCRIPTI.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONCESSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

DIE XXIX. M. FEBR. A. MDCCCLXXXXII.

PUBLICE DEFENDIT

AUCTOR

CAROLUS SCHMIDT

HAGENOWIENSIS.

ADVERSARII ERUNT:

G. REICHMANN, CAND. PHIL.

J. LIPPERT, DR. PHIL.

E. HENNECKE, CAND. REV. MIN.

LIPSIAE

TYPIS AUGUST PRIES.

1892.

Commonefactum velim lectorem hanc dissertationem esse partem libelli, qui postea patris sermone conscriptus prodibit Lipsiae apud Hinrichs bibliopolam in „Texten und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur von Os. v. Gebhardt und Ad. Harnack.“ Vol. VIII, 1. 2.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1) In nullo alio systemate nisi apud Ophitas, qui dicuntur, nomina Jaldabaothis et Barbelonis inveniuntur.

2) Liber Plotini, qui πρὸς τοὺς Γνωστικούς inscriptus est, ad Sethianos pertinet.

3) In Vitis sophistarum Eunapii p. 10 ed. Boissonade Ἀκυλῖνος mutari non debet.

4) Apud Arnob. adv. gent. I, 52 p. 35 ed. Orelli nomen Zostriani retinendum est.

5) Irenaeus in haeresi I, 29 librum gnosticum nescio quem excerpsit.

PARENTIBUS MEIS

S.

De his rebus cum Amélineau in commentariolo suo: Les traités gnostiques d'Oxford, étude critique (Revue de l'histoire des religions 1890, p. 203 sqq.) prolixius nuper disseruerit, opiniones viri docti, quamvis a nobis in universum prorsus discrepent, primo examinandae sunt. Qua de re ut iudicium ferri possit, iam diligentius, quid ille statuerit, deliberemus.

Pertinent duo libelli, qui codice Bruciano continentur, ad Aegyptios gnosticos, nam quamquam archetypum Graece erat conscriptum, tamen eo, quod in Copticum sermonem translatum est, probabile fit, res ibi expositas, cum Aegyptiorum animos delectaverint, non nihil genuini fuisse. Sigilla enim aeonum mundi intermedialis et characteres aeonum superioris pleromatis hieroglyphicae vere literae sunt, praesertim cum ex uno sigillo intelligi possit, auctorem operis non solum literas hieroglyphicas vidisse, sed etiam vim ideogrammatum compertam habuisse. Nam character dei veritatis, qui in superiore pleromate principem locum obtinens ab Irenaeo in systemate Valentinianorum *Βυθός* est appellatus, lacum designat, in quo tres undatae lineae sunt, quas Aegyptii aquam intelligebant: . Id quod objici potest, deum veritatis, cum nusquam *Βυθός* appelletur, non eundem esse atque supremum deum systematis ab Irenaeo expositi, ita infringit Amélineau, ut dicat, manifestum esse, patres ecclesiasticos propter ingentem nominum numerum non semper proprium nomen memoriae tradidisse. Idem legentes ad librum suum, qui Essai sur le gnosticisme égyptien, ses développements et son origine égyptienne (Annales du Musée Guimet, tome XIV, 1887) inscriptus est, reicit, quo libro probasse sibi videtur, bonam partem opinionum Basilidem et Valentinum ex fontibus Aegyptiis repetiisse. Ad quod libri, de quibus agimus, multum afferunt.

In numero geniorum, qui unumquemque aeonem habitant, sunt ii, qui παραλῆμπται vel παραλήμπτορες nominantur, quorum est, animas post mortem ex corporibus liberatas per omnes aeones usque ad sedem dei veritatis ducere. Qui sunt iidem atque Anubis ὁ ψυχοπόμπος in mythis Aegyptiis, qui animas in porticum Osiridis eiusque quadraginta duorum collegarum intromittebat. Praeterea iter ab anima gnostica per aeones factum simile est itineri ab anima Aegyptia ad Orcum facto, nam illi sigilla et signa ad monstra vincenda opus sunt, huic ad Osiridem migranti multitudo monstrorum obest. Ad quae monstra fingenda satis fuit, si Gnostici tabellas in templis depictas, ornamenta librorum sepulcralium, picturas sepulcrorum conspexerint. Postremo respondent verba codicis Bruciani, quae sunt: „Pater et fons omnium animalium, qui omnia sua membra procreavit“ illis veterum Pharaonum hymnorum „deus deos, qui membra sua sunt, procreat“.

Quibus ex rebus Amélineau concludit, codicem Brucianum ab Aegyptiis gnosticis esse conscriptum conscriptumque ab haeresiarchis nobilissimis, qui sunt Basilides et Valentinus, quoniam Carpocrates, Ptolemaeus, Heracleon, Colorbasus ob dogmatum proprietatem respici non possint. Negat quidem hunc aut illum auctorem libri fuisse, tamen sibi persuasit, utrumque multum ad has res explanandas valuisse.

Secundum Basilidem principem locum „deus, qui non est“, obtinet, qui est magnus thesaurus, qui omnibus elementis coniunctis magis magisque ad aspectabilem formam accedit. In unoquoque mundo i. e. in trecentis sexaginta quinque caelis pater exstat, qui filium majorem ipso in Ogdoade procreavit. Vita beata, quam Basilides asseclis suis fore promittebat, posita est in perfecta ignorantia, ubi superiores aeones versentur [1]).

Quas res Amélineau putat primo libello codicis Bruciani contineri:

1) Nam quamquam „deus, qui non est“, nusquam disertis verbis nominatur, tamen abstracta nomina legimus, velut „is qui est“ „is qui non est“.

2) Numerus „trecenti sexaginta quinque“, qui systemati Basilidis est proprius, bis invenitur.

1) Hippolyt: Philosophumena VIII, II, 20—26, p. 344/66.

3) Monogenes iuxta patrem suum eundem locum obtinet ac filius magni archontis in unoquoque mundo, cum illo potentior sit.

4) Genii corporibus acceptis ad aeternam vitam beatam aufugere cupiunt, quo facto nullus mundus aeones in superioribus partibus sitos conspicere potest.

5) Redeunt nomina Ogdoadis et Hebdomadis, haec quidem non proprio nomine, sed septem *σοφίαι*, quarum una hebdomas appellatur.

6) Enneas quoque exhibetur, in qua, quamvis ipsa nullo charactere praedita sit, tamen characteres omnis creaturae continentur. Postremo mentio *υἱότητος* cuiusdam fit.

Quibus expositis consequitur, ut auctor papyri Brucianae Basilides fuerit, sed tamen alia ad Valentinum pertinent. Nam cum a Sophia-Ogdoade aeon quidam procreetur, qui omni perfectione pleromatis praeditus communis pleromatis fructus vel Jesus[1]) appellatur, fieri non potest, quin credamus, auctorem libri systema Valentini compertum habuisse. Amélineau quidem non negat, fabulam, quam ad Sophiam attinet, hoc libro non commemorari, tamen quasdam res, quae illam fabulam perstringunt, repperit. Preces matris universi haud difficile supplicia alterius Sophiae, quae est Sophia Achamoth, intellexit; accedit, quod altera Sophia, quae hoc loco *παμμήτωρ* appellatur, omnia procreavit, cum demiurgo fidem fecerit, ipsum esse mundi creatorem, praesertim cum illa fabula hoc libro, ut Amélineau dicit, non explicetur, sed contra pro nota fabula habeatur.

Altero libro omnes res ad Valentinum referri possunt: sacramenta, ogdoas, sexaginta aeones, nomina barbara aeonum, custodum, potestatum, sed tamen negari non potest, Basilidem aliquid ad hunc librum conscriptum attribuisse, cum utrique principi aeonum nomen archonti sit impositum, praeterea autem infinitae genealogiae et fabulosae hierarchiae sicut in systemate Basilidis inveniantur.

Quibus argumentis astrictis Amélineau ad has summas pervenit: Basilidem codicem Brucianum non composuisse, alterum librum fortasse Valentinum ea conditione, ut ille in hoc opere

---

1) cf. Hipp. Philos. VI, II, 32. p. 287.

scribendo systema suum omnino non expoliverit; dicit enim Amélineau haec: „Ce qui est certain, c'est que le système de Valentin, tel qu'il se présente ici, est commencé, mais non pas achevé, surtout dans le premier traité". Quodsi concludere nolueris, illud concedes, eum, qui scripsit, ea aetate fuisse, qua systemata Basilidis et Valentini confecta non iam sint. Quamobrem Amélineau utrumque librum intra annum centesimum tricesimum et centesimum quadragesimum p. Chr. n. esse compositum affirmat, id quod inde quoque concludit, quod evangeliorum nullus locus laudetur nisi prooemium Johannei evangelii ad originem aeonum exponendam.

Hactenus Amélineau, nos autem, cum ab opinione viri docti longe decedamus, ipsi iam, quid rei sit, inquiramus. Quod quo clarius fiat, a duobus nominibus, quae maximi in hoc systemate momenti sunt, ab Jaldabaothe et Barbelone initium, si placet, capiemus.

I. Plerumque nomen illud Jaldabaothis recte scribitur *Ἰαλδαβαώθ*, quod a viris doctis varie ducitur. Petavius enim id ab hebraïca voce ילד אבא derivatum esse putat, Bellermann (Gemmen der Alten III, p. 39) a ילדא בות i. e. filius Bytho (*υἱὸς τοῦ Βυθῶ*), Gieseler (Kirchengeschichte p. 189) et Matter (histoire du Gnost. II, p. 198) a ילדא בהות, quam interpretationem omnes viri docti probant, Harvio editore Irenaei (p. 230) excepto, qui syriacam vocem יה־אל־ואבהות proposuit.

Jaldabaoth igitur, qui filius est Barbelonis sive Sophiae sive Prunici, apud multas Gnosticorum haereses creatoris mundi partes sustinet:

1) apud Nicolaitas Epiph. h. 25, 2. 3. Philastr. cap. 33.
2) apud Gnosticos, qui dicuntur Epiph. h. 26, 10 sqq.
3) apud Ophitas: Iren. I, 30, 1 sqq. Epiph. h. 37, 3. Theodor. fab. haer. I, 14. Pseudo-Tertullian cap. 47. Philastr. cap. 1.
4) apud Severianos: Epiph. h. 45, 1.
5) apud Naassenos secundum Dunkerum et Schneidewinum (Hipp. Phil. V, 7, p. 104), qui *Ἠσαλδαῖος* in *Ἰαλδαβαώθ* commutaverunt, quos Möller, Hefele, alii sunt secuti; sed conjectura temere facta est, cum intelligi non possit, qua causa adductus librarius nescio quis nomen „*Ἠσαλδαῖος*" in textum receperit.

II. Altera persona, de qua acturi sumus, est Barbelo, cuius nomen *Βαρβηλώ* (Iren. I, 29, 1. Epiph. h. 25, 2. Philastr. cap. 33) sive *Βαρβηλώθ* (Epiph. h. 21, 2. Theodor. I. 13) scribitur. Ex Petavii sententia Syriaca vox esse videtur: בר בעלא filius Bahalis i. e. Jovis, secundum Bellermannum aut „filius domini(?)" (Gemmen der Alten I, 28) aut ברת בעלו „filia domini" (Gemmen d. A. III, 42), Harvey contra in Irenaeo I, 29, 1 interpretando (edit. I, p. 221) nomen a syriaca voce בארבע אלות i. e. „*ἐν τετράδι θεός*" duxit [1]), sed vim huius nominis in dubio relinquimus.

Barbelonem, Jaldabaothis matrem, cui interdum nomen Prunico est datum, apud has haereses invenimus:

1) apud Nicolaïtas Epiph. h. 25, 2.
2) apud Gnosticos, qui dicuntur Epiph. h. 26, 1. 10.
3) apud Ophitas Epiph. 37, 3. Iren. I, 30, 3.
4) apud Barbelo-Gnosticos Iren. I, 29, 1. 4.
5) apud Simonianos Epiph. h. 21, 2.

Duabus figuris illis semper easdem haereses usas esse, quis est, qui non intelligat? Dicat aliquis forte, nos apud Simonianos non Jaldabaothem, apud Severianos non Barbelonem repperisse, sed illi quoque procul dubio, ut e systemate cognosci potest, easdem figuras noverant.

Et revera omnes haereses illae proxima affinitate conjunguntur, nam ut Lipsius [2]) et Harnack [3]) rem diligenter perscrutando luce clarius ostenderunt, in syntagmate ab Justino conscripto hunc ordinem illae obtinuerunt: 1) Nicolaitae 2) Ophitae 3) Kainitae 4) Sethiani. Quae sectae nunc apud viros doctos nomine Ophitarum circumferuntur, sed non recte, nam cultus serpentis haudquaquam latissime patuit, ut vulgo creditur, sed nomen uni vulsioni i. e. *Ὀφιανοῖς* sive *Ὀφίταις*, qui dicuntur, proprium erat. Antiquissimis temporibus autem varia nomina non iam eis erant, sed ab omnibus hominibus *Γνωστικοί* sunt appellati,

---

1) cf. Lipsius: Gnosticismus, Leipzig 1860 p. 115 et „Ophitische Systeme" Z. f. wissensch. Theolog. 1863, p. 445.

2) „Zur Quellenkritik des Epiphanios" Wien 1865. — „Die Quellen der ältesten Ketzergeschichte neu untersucht". Leipz. 1875.

3) „Zur Quellenkritik des Gnosticismus" Lpzg. 1874. — „Zur Quellenkritik der Geschichte des Gnosticismns." Z. f. d. hist. Theol. 1874, p. 143—226.

cum se solos Gnosticos esse gloriarentur; quamobrem Irenaeus ipse eos „Gnosticos Barbelo“ nominavit, cum scribat (I, 29, 1): „Super hos autem ex his, qui praedicti sunt Simoniani multitudo Gnosticorum Barbelo exsurrexit et velut a terra fungi manifestati sunt, quorum principales apud eos sententias enarramus“.

Posterioribus temporibus autem Justino auctore a patribus ecclesiasticis iis cognomen Ophitis, Nicolaitis, Kaïnitis, Sethianis est datum.

Itaque cum figurae Jaldabaothis et Barbelonis in systemate librorum, qui „Pistis Sophia“ et „duo libri Jeû“ sunt inscripti, exstent, hoc sine ulla dubitatione confirmaverim, libros, quos supra commemoravimus, ab ullo assecla haeresium illarum esse conscriptos. Ex quo efficitur, ut multi viri docti non recte iudicaverint arbitrati librum, qui Pistis Sophia nominatur, aut a Valentino aut a Valentini discipulo nescio quo compositum esse, cum hi numquam secundum patres ecclesiasticos in systematis figuras illas adhibuerint. Itaque cum persuasum mihi sit, auctorem coptico-gnosticorum librorum asseclam haeresis „Gnosticorum“ fuisse, quaerendum est, utrum ille Nicolaitarum, Sethianorum, Kainitarum, Ophitarum, Gnosticorum, qui dicuntur, Archonticorum, Severianorum partes secutus sit necne; ac primum quidem de libro, qui Pistis Sophia nominatur, disputemus.

Viri docti, ut supra commemoravimus, in diversas opiniones discesserunt, nam Petermann [1]) librum ab Ophita quodam posterioris aetatis scriptum esse arbitrabatur, cuius opinionem secuti sint Koestlin [2]), Lipsius [3]), Jacobi [4]), Harnack [5]), qui nuper sagacissime de hac re egit, alii contra sicut Dulaurier [6]), Revillout [7]), Amélineau, Renan [8]), Usener [9]) contenderunt, librum a Valentino aut assecla eius nescio quo compositum esse.

1) „Pistis Sophia“ praef. p. VII.

2) Theol. Jahrb. herausg. v. Baur u. Zeller 1854, pp. 1—104. pp. 137—196.

3) Diction. of Christian Biography, Vol. IV, p. 413 sq.

4) Herzog's Real-Encyclop. 2. Aufl. V, p. 244.

5) „Über das gnostische Buch Pistis Sophia“ in d. Texten u. Untersuchungen von Gebhardt u. Harnack. 1891. Bd. VII, 2, p. 94 sq.

6) Journal asiatique 1847. p. 534 sq.

7) Comptes rendus des inscript. 1872. p. 309.

8) Marc Aurèle p. 120 sq.

9) Weihnachtsfest p. 20.

Concedendum est, libro illo, quamquam aliquanto ambitu est, tamen nusquam ullius haeresis systema exponi, verum quinto in libro, qui *μέρος τῶν τευχῶν τοῦ Σωτῆρος* est inscriptus, auctor aliam haeresin gnosticam, quae obscoenis libidinibus se dederat, vehementer castigans Thomam dicentem facit[1]): „Audivimus, esse nonnullos in terra, qui sumentes semen marium et menstruum feminae indant ea in lentes ad edendum, dicentes: „Praedicamus Esau et Jacobum", num quid opus est, quod deceat, necne"? Quaenam est illa haeresis? Ubi terrarum versabatur? Quibus de rebus cum Epiphanius in haeresi vicesima sexta nos certiores fecerit, nobis Gnosticorum, qui dicuntur, dogmata sunt quaerenda[2]).

Primo in capite Epiphanius illos vehementer accusat ob libros subditos fabricatos, quo in numero librum, qui *Νωρία* inscriptus est, commemorat, cuius summa erat haec: *Εἶτα τὴν αἰτίαν ὑποτίθενται οὗτοι οἱ τὰ τοῦ Φιλιστίωνος ἡμῖν αὖθις προσφερόμενοι, ὅτι, πολλάκις βουλομένη μετὰ τοῦ Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ γενέσθαι, οὐ συνεχωρεῖτο. τοῦ ἄρχοντος, φασὶ, τοῦ τὸν κόσμον κτίσαντος βουλομένου αὐτὴν ἀπολέσαι σὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐν τῷ κατακλυσμῷ. Αὐτὴν δέ φασιν ἐπικαθιζάνειν ἐν τῇ λάρνακι, καὶ ἐμπιπρᾶν αὐτὴν οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις, καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον. Ὅθεν δὴ εἰς ἔτη πολλὰ ἐλήλακεν ἡ τῆς αὐτοῦ τοῦ Νῶε λάρνακος κατασκευὴ, διὰ τὸ πολλάκις αὐτὴν ὑπ' αὐτῆς ἐμπεπρῆσθαι. Ἦν γὰρ, φασὶν, ὁ Νῶε πειθόμενος τῷ ἄρχοντι· ἡ δὲ Νωρία ἀπεκάλυψε τὰς ἄνω δυνάμεις καὶ τὴν ἀπὸ τῶν δυνάμεων Βαρβηλὼ τὴν ὑπεναντίαν τῷ ἄρχοντι, ὡς καὶ αἱ ἄλλαι δυνάμεις· καὶ ὑπέφαινεν, ὅτι δὴ* (l. *δεῖ* mit For.) *τὰ συληθέντα ἀπὸ τῆς ἄνωθεν μητρὸς διὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν σὺν αὐτῷ θεῶν τε καὶ ἀγγέλων καὶ δαιμόνων συλλέγειν ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς σώμασι δυνάμεως διὰ τῆς ἀποῤῥοίας ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν."*

Ex quo libro luculenter cognosci potest, quibus praeceptis Gnostici, qui dicuntur, usi sint, nam illi, cum discordiam mundalem, quae inter mundi creatorem vel magnum archontem, qui est Sabaoth, Judaeorum deus, et Barbelonem vel *τὴν ἄνω δύνα-*

---

1) Pistis Sophia p. 386 sq.
2) cf. Lipsius: Zur Quellenkritik. p. 102 sqq.

μιν exorta sit, in mores transtulerint, se hunc mundum arbitrabantur superaturos esse, si semen virorum et menstruum feminarum edissent. Librum autem, quem commemoravimus, a Syriacis Gnosticis esse conscriptum, ex titulo „*Νωρία*“ colligi potest, qui, quamquam Epiphanius eum prave a Syriaca voce „*νουρά*“ (ignis) duxit, ab hebraïca voce נערה (virgo), ut ex subsequente voce *Βαρθενώς* apparet, est ducendus.

Praeterea apud Gnosticos illos evangelium quoddam perfectionis et evangelium Evae, quae quoque erant spurcitiarum refertae (cap. 2 et 3), et liber subditus, cuius titulum Epiphanius literis non mandavit (cap. 5), circumferebantur. De scriptis apocryphis ille postquam fusius capite octavo disputavit: „*Καὶ τὰ μὲν βιβλία αὐτῶν πολλά. Ἐρωτήσεις γάρ τινας Μαρίας ἐκτίθενται· ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαὼθ, εἰς ὄνομα δὲ τοῦ Σὴθ πολλὰ βιβλία ὑποτίθενται. Ἀποκαλύψεις δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν· εὐαγγέλια δὲ ἕτερα εἰς ὄνομα τῶν μαθητῶν συγγράψασθαι τετολμήκασιν· αὐτόν τε τὸν Σωτῆρα ἡμῶν καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν οὐκ αἰσχύνονται λέγειν, ὅτι αὐτὸς ἀπεκάλυψε τὴν αἰσχρουργίαν ταύτην*“, verba ipsa libri, qui inscribitur *Μεγάλαι Ἐρωτήσεις Μαρίας*, laudat alterumque librum, qui *Μικραὶ Ἐρωτήσεις Μαρίας* inscriptus est, commemorat. Porro in capite duodecimo dicit: *Ἄλλα δὲ μυρία παρ᾽ αὐτοῖς πεπλασμένα γραφεῖα τετόλμηται. Γένναν μὲν γὰρ Μαρίας βιβλίον τί φασιν εἶναι, ἐν ᾧ δεινά τε καὶ ὀλέθρια ὑποβάλλοντές τινα ἐκεῖσε λέγουσιν*“ et in capite decimo quinto: „*Προσφέρουσι δὲ εἰς ὄνομα Φιλίππου τοῦ ἁγίου μαθητοῦ εὐαγγέλιον πεπλασμένον.*

Sed cum pudeat me sordes atque spurcitias, quibuscunque Gnostici, qui dicuntur, usi sunt, enumerare, singula afferamus.

Phibionitae [1]), qui vocantur, docent, trecentos sexaginta quinque archontes exstare, quo in numero eminent hi principes: in primo caelo regnat Jao, in secundo Saclas, in tertio Seth, in quarto David [2]), in quinto Eloaeus, qui alias Adonaeus dicitur, in sexto Jaldabaoth, secundum alios Elilaeus, in septimo Jaldabaoth vel,

1) Maxima pars enim earum rerum, quas Epiphanius in haeresi vicesima sexta memoriae tradidit, libris a Phibionitis fabricatis, ut infra intellegemus, exhausta.

2) Hoc modo textus emendandus est, nam nonnulli codices exhibent *Ἰάδην* vel *Λάθην*, cod. Venet. recte *Δαυίδην*.

ut alii contendunt, Sabaoth[1]), in octavo vel in supremo domicilium est Barbelonis[2]) et Patris universi[3]) et Christi cuiusdam, qui per sese in lucem editus[4]) de caelo descendit et omnibus hominibus cognitionem contulit. Hic non de Maria natus, sed per eam est ostensus, qua de causa carnem non aliter specie ipsa suscepit.

Animadvertendum est, quem locum in systemate Gnosticorum, qui dicuntur, Jaldabaoth et Sabaoth obtineant; nam ex Phibionitarum sententia Sabaoth septimi caeli atque omnium archontum rex est et deus exsecrandus. Is enim, deus Judaeorum, hunc mundum, omnes caelos et angelos creavit, qui capillos muliebres et figuram asini — alii eum porci figuram habere asserrunt — habet, cuius caput animam unamquamque, quae cognitione praedita sese per menstrua et semen maris ex hoc mundo collegerit, calcare contendunt (cap. 10).

Ex quo efficitur, ut auctor libri subditi, qui *Γέννα Μαρίας* inscribitur, assecla Phibionitarum fuerit, cum in illo Sabaothem hominem asini figura esse indutum scriptum fuerit (cap. 12). Sed Gnostici illi non solum in deum Judaeorum, sed etiam in Abrahamum, Moysen, Eliam, alios prophetas, qui eum adoraverant, vehementer invehebantur; *Βλασφημοῦσι δὲ οὐ μόνον τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Ἠλίαν καὶ πάντα τὸν χόρον τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν τὸν ἐκλεξάμενον αὐτούς* (cap. 11). Docent archontem, qui hunc mundum regit, draconis figuram habentem animas cognitione perfecta non praeditas devorare rursusque per caudam in hunc mundum edere ita, ut in porcorum aliorumque animalium corpora transfundantur (cap. 10.). Praeterea carnis resurrectionem fore negant, cum caro ad principem mundi pertineat atque anima sola e vinculis magni archontis solvatur. (cap. 9). Efferunt summis laudibus Barcabban quendam prophetam (cap. 2), cuius nomen Epiphanius a syriaca voce *καββᾶ* i. e. *πορνεία* ducit, quam vocem in hebraïca lingua *φονοκτονία* vel *τετάρτη μοῖρα τοῦ μέτρου* significare dicit. Utut

———

1) *Ἄλλον δὲ ἕβδομον οὐρανὸν ὑποτίθενται, ἐν ᾧ λέγουσιν εἶναι τὸν Σαβαώθ. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν οὐχὶ, ἀλλ' ὁ Ἰαλδαβαώθ ἐστιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ.*

2) Eadem in capite deximo extremo *μήτηρ τῶν ζώντων* appellatur.

3) cf. cap. 4. *πατὴρ τῶν ὅλων.*

4) *Χριστὸς αὐτολόχευτος* est idem atque Jesus.

res se habet, tamen haeresin Phibionitarum quando in Syria exortam esse, nemo negare potest.

Huic haeresi Epiphanius varia nomina imposuit. ab aliis enim asseclae appellantur *Βορβοριανοί*. ab aliis *Κοδδιανοί*: nomen illud ex voce *Βαρβηλῖται* (haer. 26, 3) detorsum iis propter *βορβορώδη κακόνοιαν* (Epiph. haer. 25. 2. 6. h. 26, 16. Clemens Alex. Stromat. II. 20. 118) est datum. hoc cognomen Epiphanius a syriaca voce *κοδδά* i. e. *παροψίς* vel *τρυβλίον* ducit. quod nemo ob eorum spurcitiam cibo una cum iis communiter uti soleat. *διά τοι τοῦτο*, inquit. *ἀφωρισμένους τούτους ἡγούμενοι οἱ συμμέτοικοι Κοδδιανοὺς ἐπωνόμασαν* (cap. 3). *Συμμετοίκους* illos e Syriaca gente esse oriundos ex ea re intelligi potest. quod Epiphanius haec addit: *Οἱ αὐτοὶ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ Στρατιωτικοὶ καλοῦνται καὶ Φιβιωνῖται* [1]. *ὡς ἄνω μοι ἐν μέρει λέλεκται.*

Praeterea sunt. qui Zacchaeos nominent. alii eos Barbelitas. alii Leviticos [2]. alii *τοὺς τοῦ Ἐπιφανοῦς* [3]. Quo sequitur. ut haeresis Gnosticorum e Syria in Aegyptum migraverit. sed in magno errore illi versantur arbitrati. asseclas ipsos sibi haec nomina ascivisse. se potius Gnosticos esse gloriabantur. quamobrem patres ecclesiastici persaepe haeresin totam nomine *ψευδωνύμου γνώσεως* complectuntur.

Idem Epiphanius Gnosticos. qui dicuntur. a Nicolaïtis esse profectos. scribit: *Καὶ ἐντεῦθεν ἄρχονται οἱ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως κακῶς τῷ κόσμῳ ἐπιφύεσθαι· φημὶ δὲ Γνωστικοὶ καὶ Φιβιωνῖται καὶ οἱ τοῦ Ἐπιφανοῦς καλούμενοι. Στρατιωτικοί τε καὶ Λευϊτικοὶ. καὶ ἄλλοι πλείους* (haer. 25. 2). porro in haeresi 26. 1: *Πάλιν οὗτοι οἱ Γνωστικοὶ διαφόρως ἀπὸ τούτου* (sc. *Νικολάου*) *φυόμενοι* etc. Sed prave iudicaremus. si arbitraremur. Gnosticos. qui nominantur. posterioribus temporibus quam Nicolaïtas exstitisse. nam hi ipsi Irenaeo teste (adv. haer. III. 11. 1) „vulsio eius. quae falso cognominatur scientia". i. e. „*ἀπόσπασμα τῆς ψευδωνύμου γνώσεως*" [4]) erant. Accedit

[1]) Theodor. haer. fab. I. 14 non recte appellat eos *Φημιονίτας*.

2) cf. Epiph. h. 26. 13: *Οἱ δὲ Λευῖται παρ' αὐτοῖς καλούμενοι οὐ μίσγονται γυναιξίν, ἀλλ' ἀλλήλοις μίσγονται. Καὶ οὗτοι εἰσιν οἱ προκριτέοι παρ' αὐτοῖς δῆθεν καὶ ἐπαινετοί.*

3) Nomen illud iis ex Epiphane. filio Carpocratis. inditum est.

4) Non recte indicat Theodor. h. l. 13. qui dicit. *Ἐκ τῶν Βασιλείδου σπερμάτων τὸ τῶν Βαρβηλιωτῶν ἤγουν Βορβοριανῶν ἢ Νικολαϊτῶν ἢ Στρατ-*

quod in eo libro, quo Epiphanius quasi fonte usus est, haereses Nicolaïtarum et Gnosticorum, qui dicuntur, omnino non alio modo descriptae erant, sed potius ipse haeresin vicesimam sextam sua sponte addidit, ut dogmata a Nicolaitis probata docebunt.

Nicolaïtae enim Barbelonem[1]) praedicant, quae a patre[2]) genita in octavo caelo regnat, alii matrem Jaldabaothis, alii Sabaothis[3]) esse eam affirmant (cap. 2). Cum ille, filius Barbelonis, res multas absconditas patefecerit, nonnullos libros Jaldabaothis nomine falso inscriptos habent[4]), necnon barbara nomina[5]), quae principum potestatumque in unoquoque caelo versantium sunt propria. Jaldabaoth apud istos ut apud Gnosticos, qui nominantur, mundi creator est: *Τὸν δὲ υἱὸν ταύτης κεκρατηκέναι τοῦ ἑβδόμου οὐρανοῦ ἐν θράσει τινὶ καὶ ἐν τυραννίδι. Λέγει δὲ τοῖς ὑποκάτω, ὅτι Ἐγώ εἰμι, φησὶν, ὁ πρῶτος καὶ ὁ μετὰ ταῦτα καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν ἕτερος Θεός. Τὴν δὲ Βαρβηλὼ ἀκηκοέναι τὸν λόγον τοῦτον καὶ κλαῦσαι*[6]) (cap. 2). Praeterea iisdem moribus lascivis usi eadem mysteria atque Phibionitae celebrant, si cum capite nono et decimo haer. 26 caput secundum haer. 25 conferas: „*Ταύτην* (sc. *Βαρβηλὼ*) *δὲ ἀεὶ φαίνεσθαι τοῖς ἄρχουσιν ἐν εὐμορφίᾳ τινὶ καὶ ἀποσυλᾶν τὸ ἐξ αὐτῶν σπέρμα δι' ἡδονῆς καὶ ἐκχύσεως, ἵνα δῆθεν τὴν αὐτῆς δύναμιν τὴν εἰς διαφόρους σπαρεῖσαν αὖθις πάλιν ἀνακομίζῃ. Καὶ οὕτως ἐκ τοιαύτης ὑποθέσεως τὸ τῆς αὐτοῦ αἰσχρολογίας μυστήριον τῷ κόσμῳ ὑπεισήνεγκε*“, idemque in capite tertio: *Προύνικόν τε ἄλλοι τιμῶντες τινὰ, ὡς καὶ οὗτοι, μυθωδῶς πάλιν εἰς ταύτην τὴν ὑπόνοιαν τῆς αἰσχρουργίας τὰ ἑαυτῶν πάθη*

τικῶν ἢ Φημιονιτῶν καλουμένων ἐβλάστανε μῦσος, nec magis Epiph. h. 27, 1: *Ἐκ πάντων γὰρ τούτων Σίμωνός τε καὶ Μενάνδρου, Σατορνίλου τε καὶ Βασιλείδου καὶ Νικολάου καὶ αὐτοῦ τοῦ Καρποκρᾶ, ἔτι δὲ ἐκ προφάσεως Οὐαλεντίνου ἡ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἐφύη αἵρεσις, ἥτις Γνωστικοὺς τοὺς αὐτῆς ὠνόμασεν, ἀφ' ἧς οἱ Γνωστικοὶ ἤδη μοι δεδήλωνται, καταγνωστικοὶ ὄντες τὸν τρόπον.*

1) Alii eam *Προύνεικον* appellant (cap. 2).

2) Idem est *πατὴρ τῶν ὅλων* Epiph. haer. 25, 4. 9.

3) cf. Epiph. h. 26, 10.

4) cf. Epiph. h. 26, 8: *ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαώθ.*

5) Haec sunt sine dubio nomina archontum trecentorum sexaginta quinque in unoquoque caelo, quae Phibionitae usurpaverunt. Epiph. 26, 9. 10.

6) Accuratius de his rebus disputat Irenaeus I, 29, 4. I, 30, 4 sqq.

ἐπιτελοῦντές φασι· Τῆς Προυνίκου τὴν δυναμιν συλλέγομεν ἀπὸ τῶν σωμάτων διά τε τῶν ῥευστῶν· φημὶ δὲ γονῆς καὶ καταμηνίων, περὶ ὧν ὀλίγῳ ὕστερον, ὅταν περὶ αὐτῶν μονομερῶς λέγειν ἐπιβαλλώμεθα, κατὰ λεπτότητα ὑφηγήσομαι, quae verba haeresin vicesimam sextam respiciunt.

Quam haeresin cur Epiphanius addiderit ex ipso dicente in capite decimo septimo (h. 26) cognosci postest: „*Ταύτῃ γὰρ τῇ αἱρέσει, ἐπιπόθητοι, καὶ αὐτὸς περιέτυχον. Ἐκ στόματος δὲ τῶν ταύτῃ ἐπιχειρούντων φύσει αὐτὰ αὐτοπροσώπως ἐνηχήθην. Γυναῖκες δὲ οὕτω ἠπατημέναι οὐ μόνον τὴν λαλιὰν ταύτην ἡμῖν προέτειναν καὶ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν ἀπεκάλυψαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν Αἰγυπτίαν ἐκείνην τὴν τοῦ ἀρχιμαγείρου τὴν ὀλετήριον καὶ μοχθηρὰν καὶ αὗται ἀθυρογλώττῳ τόλμῃ κατασπάσαι ἡμᾶς ἐν τῇ νέᾳ ἡμῶν ἡλικίᾳ ὀρεχθεῖσαι ἐπεχείρουν. Ἀλλὰ ὁ τότε συμπαραστὰς τῷ ἁγίῳ Ἰωσὴφ καὶ ἡμῖν παρέστη· καὶ τὸν ἐκεῖνον ἐκεῖ ῥυσάμενον ἐπικεκλημένοι οἱ ἀνάξιοι καὶ ἀνίκανοι ἐλεηθέντες καὶ ἀποδράντες τὰς ὀλετηρίους αὐτῶν χεῖρας Θεῷ τῷ παναγίῳ ὕμνον ᾄσαντες ἠδυνήθημεν καὶ αὐτοὶ λέγειν τὸ* Exod. XV, 1. *Οὐ γὰρ ὁμοίᾳ δυνάμει τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης, ἀλλὰ στεναγμῷ τῷ πρὸς τῷ Θεῷ ἐλεηθέντες ἐσώθημεν. Ὀνειδιζόμενος γὰρ ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν ὀλετηρίων γυναικῶν κατεγελώμην ἐγώ, ὡς ὑπέφαινον αἱ τοιαῦται ἀλλήλαις ἐπισκώπτουσαι δῆθεν· ὅτι Οὐκ ἠδυνήθημεν σῶσαι τὸν νεανίσκον, ἀλλὰ ἀφήκαμεν αὐτὸν ἐν χερσὶ τοῦ ἄρχοντος ἀπόλλυσθαι. Ἐπειδήπερ ἥτις αὐτῶν εὐμορφοτέρα εἴη, δέλεαρ ὥσπερ ἑαυτὴν προτίθησιν, ὥστε δι᾽ αὐτῆς τοὺς ἠπατημένους ἀντὶ τοῦ ἀπολλύειν σώζειν ἐπιφημίζειν. Καὶ ὄνειδος λοιπὸν τῶν ἀμόρφων γίνεται παρὰ τῶν εὐμορφοτέρων· ὅτι Ἐγώ, φησί, σκεῦός εἰμι ἐκλογῆς δυναμένη σώζειν τοὺς ἀπατωμένους, σὺ δὲ οὐκ ἴσχυσας. Ἦσαν μὲν οὖν αἱ τὸν ἀγώγιμον μῦθον τοῦτον ὑφηγούμεναι τῇ μορφῇ τῆς αὐτῶν πτώσεως εὐπροσωπόταται· τῷ δὲ νῷ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας τὴν πᾶσαν τοῦ διαβόλου ἀμορφίαν κεκτημέναι. Ἀλλὰ ὁ ἐλεήμων Θεὸς τῆς μοχθηρίας αὐτῶν ἡμᾶς ἐῤῥύσατο, ὥστε μετὰ τὸ ἀναγνῶναι ἡμᾶς αὐτῶν τὰς βίβλους καὶ ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν τῇ ἀληθείᾳ καὶ μὴ συναπαχθῆναι, ἀποδρᾶσαί τε καὶ μὴ δελεασθῆναι, τὸ τηνικαῦτα ἐσπουδάσαμεν καὶ τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ αὐτοὺς ὑποδεῖξαι, καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ κεκρυμμένα φωρᾶσαι καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀπελαθῆναι τῆς πόλεως ὀνόματα περί που ὀγδοήκοντα*

καὶ τὴν πόλιν τῆς αὐτῶν ζιζανιώδους ὕλης καὶ ἀκανθώδους καθαρθῆναι".

Hic locus, quamvis memoratu dignus, tamen a multis viris doctis est neglectus. Nunc demum apparet, quibus ex fontibus Epiphanius res diligenter perscriptas hauserit, nam ipse, cum Phibionitarum usum habuisset, libros haeresis perlegit multaque ex asseclarum ore accepit. Quanam in terra Epiphanius in haeresin illam incurrit? In Aegypto nimirum, qua in terra eius temporibus, cum ipse in Aegyptum esset profectus, Phibionitae magnopere florebant [1]), quamobrem Epiphanius se non sine causa cum Josepho composuit. Sed quamquam ille in capite duodevicesimo fontes, quibus usus est, disertis verbis indicavit [2]), tamen persaepe fidem auctoritatemque eius viri docti in dubium vocaverunt, velut Jacobi (Herzog's Real-Encykl. 2. Aufl. Bd. V, S. 246): „Seine Beschreibung trifft daher grossenteils spätere Entwicklungsformen und Zustände. Sie werden durch eine sittliche Versunkenheit bezeichnet, so schmutzig, dass man trotz Epiphanius Versicherungen sie kaum für möglich halten möchte. Wie auf der einen Seite die Gnosis den kirchlichen Entwicklungen nicht mehr gewachsen war, die Mischungen christlicher und heidnischer Elemente daher sich lösten und teils kirchlichere, teils ganz heidnisch geartete Gedankensysteme sich formten, so bewies andererseits der sittliche Verfall vieler, selbst ursprünglich edlerer Parteien, dass ihre Zeit vorüber war." Multo seve-

---

1) haer. 26, 14: *Καὶ εἰ μὲν παρεληλύθει ἡ τοιαύτη αἵρεσις καὶ οὐκέτι ἦν ἐν τῷ βίῳ, ἀγαθὸν ἦν ταύτην θάψαι, καὶ μήτε ὅλως περὶ αὐτῆς εἰπεῖν· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἔστι καὶ πράττεται προετράπημεν δὲ ὑπὸ τῆς ὑμῶν τιμιότητος περὶ πάντων εἰπεῖν.*

2) „*Μνημονεύσας δέ τις τῆς ἄνω ἡμῶν ὑποσχέσεως τάχα καὶ ἐπαινέσειεν. ὡς ἡμῶν προαγγειλάντων, ὅτι τισὶν αὐτῶν παρετύχομεν, τινὰ δὲ διὰ συγγραμμάτων ἐγνώκαμεν, τινὰ δὲ δι' ἐνηχήσεών τε καὶ μαρτυρίων ἀξιοπίστων ἀνδρῶν, δυναμένων ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν ὑποδεικνύναι· ὡς καὶ ἐνταῦθα φιλαλήθως οὐχ ὑπερβεβήκαμεν τὸν τόπον, ἀλλὰ ἐδείξαμεν, ὡς μία ἐστὶν αὕτη τῶν ἡμῖν περιτυχουσῶν. Καὶ σαφῶς περὶ ταύτης ἠδυνήθημεν λέγειν, ἐξ ὧν, μὴ γένοιτο! οὐ πράξαντες, ἀλλὰ μεμαθηκότες ἀκριβῶς παρὰ τῶν ἡμᾶς εἰς τοῦτο πειθόντων καὶ μὴ κατισχυσάντων, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα τῆς εἰς ἡμᾶς ἀπωλείας ἀπολεσάντων καὶ μὴ ἐπιτυχόντων τοῦ σκοποῦ τῆς εἰς τὴν τάλαιναν ἡμῶν ψυχὴν ἐπιχειρουμένης ὑπ' αὐτῶν τε καὶ τοῦ ἐν αὐτοῖς διαβόλου συσκευῆς.*"

rius de Epiphanio existimat Lipsius [1]) dicens: „Bei den nahen Berührungen dieser Mittheilungen mit anderweiten und sicher bezeugten Nachrichten sind dieselben nicht ohne historischen Werth, wenn man gleich dem tugendhaften Kirchenvater nicht alle jene Schmutzgeschichten glauben darf, welche er ganz in der Weise gewisser Verfasser unzüchtiger Romane, unter tausend Entschuldigungen zwar und mit gewaltigen Zornreden über diesen Abgrund des Verderbens, in welchen der böse Feind diejenigen, welche ihm folgen, gelockt habe, dennoch mit lüsterner Phantasie bis ins ekelhafteste Detail hinein den frommen Mönchen Akakios und Paulos zum Besten giebt."

Sed viri docti ex mea sententia non recte iudicaverunt, nam quamvis credulus persaepe et mediocri ingenio Epiphanius fuerit, tamen negari non potest, eum semper optima fide egisse. Quae opinio loco illo, de quo agimus, comprobatur; profecto erat, quod Epiphanius hoc vitae suae tempus humanitate obtegeret. Nam ille adolescens circiter viginti annos natus (circ. 330—340 p. Chr. n.) in Aegyptum profectus est eo consilio, ut, cum ad severiores mores animus eum incitaret, vitam moresque anachoretarum atque monasteriorum instituta suis oculis inspiceret. Quamdiu autem ibi fuerit et quibus in locis, satis non constat, sed hoc certum est, eum non solum in Phibionitas occurrisse, sed etiam in magno periculo fuisse, ne eorum assecla fieret. Nam, ut supra commemoravimus, homines quidam eum sibi conciliare, venustae feminae ad stuprum illicere studebant et libros fictos ad perlegendum ei dabant. Aliquod per tempus animum adolescentis ignari devinxerunt, sed postquam libris illis perlectis cognovit, quantopere in praecipiti esset, ad episcopos, qui in illo loco erant, nomina assectarum detulit, ex quo factum est, ut octoginta homines, qui ad ecclesiam pertinebant, ex urbe eicerentur. Recte coniecit Harnack [2]), haeresin Phibionitarum Alexandriae seu in vicinitate sedem habuisse, nam illis temporibus Alexandria, caput totius Aegypti, ἡ πόλις appellabatur.

Sed hoc intelligi nolo, hanc haeresin Alexandriae tantummodo sedem ac domicilium collocasse, sine dubio enim ut in Syria ita in tota Aegypto asseclas multos sibi comparaverat, quod iam ex

1) „Zur Quellenkritik des Epiphanios" p. 108 sq.
2) „Über das gnostische Buch Pistis Sophia" p. 112.

eo conicies, quod illis aliis locis alia cognomina imposita sunt. Alia omitto, hoc unum dico, ea, quae Epiphanius in Aegypto vidit, causam fuisse libri illius componendi, qui inscribitur *Πανάριον*; neque enim negari potest, eum, cum periculo esset perfunctus, varias in haereses earumque mores atque instituta diligenter inquisivisse, patrum ecclesiasticorum opera, quae ad gnosticos refellendos pertinebant, perlegisse, libros quam plurimos subditos gnosticorum inspexisse, alias res ex ore locupletium hominum requisivisse. Quo factum est, ut ille multa memoriae tradiderit, quae, praesertim cum apud ceteros scriptores non legantur, ad res gnosticas intelligendas magni momenti sunt, velut de Valentino haer. 31, 2: „*Τὴν μὲν οὖν αὐτοῦ πατρίδα ἢ πόθεν οὗτος γεγένηται, οἱ πολλοὶ ἀγνοοῦσιν. Οὐ γάρ τινι τῶν συγγραφέων μεμέληται τούτου δεῖξαι τὸν τόπον. Εἰς ἡμᾶς δὲ ὡς ἐνηχήσει τις ἐλήλυθε φήμη· διὸ οὐ παρελευσόμεθα καὶ τὸν τόπον τούτου μὴ ὑποδεικνύντες, ἐν ἀμφιλέκτῳ μὲν ἤδη τὰ ἀληθῆ λέγειν, ὅμως τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν φάσιν οὐ σιωπήσομεν. Ἔφασαν γάρ αὐτόν τινες γεγενῆσθαι Φρεβωνίτην τῆς Αἰγύπτου παραλιώτην· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ πεπαιδεῦσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων παιδείαν*“ et in capite septimo: „*Ἐποιήσατο δὲ οὗτος τὸ κήρυγμα καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ὅθεν δὴ καὶ ὡς λείψανα ἐχίδνης ὀστέων ἔτι ἐν Αἰγύπτῳ περιλείπεται τούτου ἡ σπορὰ ἔν τε τῷ Ἀθριβίτῃ καὶ Προσωπίτῃ καὶ Ἀρσενοΐτῃ καὶ Θηβαΐδῃ καὶ τοῖς κάτω μέρεσι τῆς παραλίας καὶ Ἀλεξανδρειοπολίτῃ*“. Idem de Basilide haer. 24, 1: „*Βασιλείδης μὲν οὖν, καθὰ ἄνω προδεδήλωται, ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ στειλάμενος τὴν πορείαν ἐκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· εἶτα ἔρχεται εἰς τὰ μέρη τοῦ Προσωπίτου καὶ Ἀθριβίτου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Σαΐτην καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Ἀλεξανδριοπολίτην χῶρον ἤτοι νομόν.*“ Alia infra commemoraturi sumus.

Quibus rebus expositis si ad Pistim Sophiam, quae dicitur, recedimus, haud difficile intelligi potest, haeresin illam, quam Epiphanius (haer. 26) descripsit, similem esse illis gnosticis, quos auctor libri coptico-gnostici vehementer castigat, sed hoc uno inter se dissentiunt, ut hi dicant se Esau et Jacobum venerari. Sed cum nos acceperimus, alteram haeresin i. e. Kainitas, qui vocantur, iuxta Kainum praedicasse Esau et Core cum suis itemque Sodomitas, nostro iure statuimus, haeresin illam, de qua agimus, evulsionem Gnosticorum et Kainitarum, qui dicuntur.

fuisse, praesertim cum manifestum sit, Kainitas inter Gnosticos numerandos esse.

Nam illi [1]) duo principia, quae inter se discrepant, in mundo esse volunt, quae sunt caelestis et imbecilla virtus; illa praeditos esse Kainum et Esau et Core et Sodomitas et Iudam, hac autem Abelum ceterosque iustos homines, qui Sabaothem, Iudaeorum deum exsecrandum, qui mundum creavit atque angelos, adoraverint. Accedit, quod illi iisdem lasciviis et libidinibus usi sunt ac Gnostici et Nicolaïtae: „*Καὶ μὴ δύνασθαί φασι σωθήσεσθαί τινα, ἐὰν μὴ διὰ πάντων χωρήσωσιν, ὡς καὶ ὁ Καρποκράτης λέγει* (h. 38, 1). *Ἕκαστος γὰρ αὐτῶν δῆθεν διὰ τὴν πρόφασιν ταύτην ἄῤῥητα ποιῶν καὶ αἰσχρουργίας ἐπιτελῶν ἁμαρτήματά τε ὅσα ἐστὶ πράττων, ἐπικαλεῖται ἑκάστου ἀγγέλου ὄνομα τῶν τε ὄντων ἀγγέλων καὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς πλαστῶς λεγομένων· καὶ ἑκάστου τούτων προσάπτει τι ἔργον ἀθέμιτον τῶν ἐπὶ γῆς ἁμαρτημάτων, τὴν πρᾶξιν τὴν ἰδίαν εἰς ὄνομα οὗ βούλεται ἀγγέλου ἀναφέρων. Καὶ ὅταν ταῦτα πράττωσιν, οὕτω λέγουσιν· Ὁ δεῖνα ἄγγελε, καταχρῶμαί σου τὸ ἔργον· ἡ δεῖνα ἐξουσία, πράττω σου τὴν πρᾶξιν. Καὶ τοῦτο γνῶσις τελεία παρ᾽ αὐτοῖς ἐστι λεγόμενον*“ (cap. 2). Cum hoc loco conferendum est caput nonum haeresis vicesimae sextae: „*Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν Φιβιωνῖται καλούμενοι ἀναφέρουσι τὰς αἰσχρὰς αὐτῶν θυσίας τῆς πορνείας τὰς ὑφ᾽ ἡμῶν ἐνταῦθα προειρημένας ὀνόμασι τριακοσίοις ἑξήκοντα πέντε, οἷς αὐτοὶ ἔπλασαν ἀρχόντων δῆθεν, ἐμπαίζοντες τοῖς γυναικαρίοις καὶ λέγοντες. Μίγηθι μετ᾽ ἐμοῦ, ἵνα σε ἀνενέγκω πρὸς τὸν ἄρχοντα. Καθ᾽ ἑκάστην δὲ μίξιν ὀνομάζουσιν ἑνὸς ὄνομά τινος βάρβαρον τῶν παρ᾽ αὐτοῖς πεπλανημένων, καὶ δῆθεν εὔχονται λέγοντες· Προσφέρομέν σοι τῷ δεῖνι, ἵνα προσενέγκῃς τῷ δεῖνι. Τῇ δὲ ἄλλῃ πάλιν μίξει ἄλλῳ ὑποτίθενται ὡσαύτως προσφέρειν, ἵνα καὶ αὐτὸς τῷ ἄλλῳ.* [2])

1) De Kainitis confer Iren. I, 31, 1. 2. Clem. Alex. Strom. VII, 17, 108. Theod. h. f. I, 15. Philastr. cap. 2 et 34. Pseudo-Tertullian cap. 47. Epiph. h. 38. Hippolyt Philos. VIII, p. 276. Origenes contra Celsum III, 13. — Lipsius, Zur Quellenkr. p. 181 sqq.

2) Irenaeus, qui lascivias illas compertas habuit, nihil nisi dicit: „Et hoc esse scientiam perfectam, sine timore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas est“ (I, 31, 2).

Praeterea apud Kainitas sicut apud Gnosticos liber, qui *Ἀναβατικὸν Παύλου* erat inscriptus, circumferebatur [1]), iidemque evangelium Iudae et multa volumina adversus Hysteram [2]) fabricata et librum quendam, cuius titulum Epiphanius literis non mandarit: „*ἤδη δὲ διῆλθεν εἰς ἡμᾶς καὶ βιβλίον, ἐν ᾧ ἐπλάσαντο ῥήματά τινα ἀνομίας πλήρη*“ usurpabant. Sed illud, quod Epiphanius in capite secundo dicit: „*τὰς προφάσεις δῆθεν ἀπὸ τῶν προειρημένων μητέρων καὶ πατέρων αἱρέσεων, φημὶ Γνωστικῶν καὶ Νικολάου καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, Οὐαλεντίνου τε και Καρποκράτους, ἐσχήκασιν*“ sine dubio pravum est, cum Valentino et Carpocrati nihil rei cum Kainitis fuerit, nec magis verum, Gnosticos et Nicolaitas parentes Kainitarum fuisse, cum omnes illae haereses ex iisdem radicibus sint ortae, qua de re recte iudicavit Lipsius (Zur Quellenkritik d. Epiph. p. 184 sq.): „Epiphanios hat sich hier so genau an den Text des Irenaeus gehalten, dass er selbst die ersten Worte von haer. I, 31, 3 noch verwerthet hat, freilich mit einer Aenderung des Sinnes. Wenn Irenaeus nämlich — das ganze erste Buch abschliessend — bemerkt: a talibus matribus et patribus et proavis eos qui a Valentino sunt . . . necessarium fuit manifeste arguere etc., so soll dies eine nachträgliche Rechtfertigung des Umstandes sein, dass er, obwohl vorzugsweise von den Valentinianern handelnd, doch auch die übrigen ketzerischen Parteien besprochen habe. Epiphanios dagegen schreibt *ἐπειδὴ . . . τὰς προφάσεις δῆθεν ἀπὸ τῶν προειρημένων μητέρων καὶ πατέρων αἱρέσεων, φημὶ δὲ Γνωστικῶν καὶ Νικολάου καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, Οὐαλεντίνου τε καὶ Καρποκράτους, σχήκασιν.* Dadurch ist den Worten die dem Irenaeus ganz fremde Wendung gegeben, dass die Kainiten ihre unsittlichen Grundsätze von den aufgezählten Häretikern als von ihren Stammältern entlehnt hätten“ [3]).

1) cf. Epiph. 38, 2: *Πάλιν δὲ ἄλλο συνταγμάτιον πλάττουσιν ἐξ ὀνόματος Παύλου τοῦ ἀποστόλου, ἀῤῥητουργίας ἔμπλεων, ᾧ καὶ οἱ Γνωστικοὶ λεγόμενοι χρῶνται, ὃ Ἀναβατικὸν Παύλου καλοῦσι.*

2) Epiphanius hunc locum (h. 38, 1): „*Καὶ ἄλλα τινὰ συγγράμματα ὡσαύτως πλάττονται κατὰ τῆς Ὑστέρας*“ ex Irenaei opere (I, 31, 2) excerpsit: „Iam autem et collegi eorum conscriptiones, in quibus dissolvere opera Hysterae adhortantur.“

3) Postremo nobis de haeresi Ophitarum agendum est, sed quamquam ad haereses illas, quas supra commemoravimus, pertinet, tamen eam hoc

Quantis libidinibus et spurcitiis Gnostici illi se dederint, ex verbis eius, qui „Pistim Sophiam“ composuit, intelligi potest: „Iesus *δὲ* iratus est *τῷ κόσμῳ* hora illa et dixit Thomae: *ἀμὴν* dico, quodvis peccatum et *ἀνομίαν* quamvis superare hoc peccatum.“ Nunc in aperto est, quos homines haec petant: „*ἀλλὰ ψυχὴν* blasphemantium et versantium in doctrina *πλανῆς* et uniuscuiusvis docentis in *πλαναῖς* atque etiam concubitantium cum maribus atque etiam hominum inquinatorum et *ἀσεβῶν* et hominum omnium impiorum, et *φονέας* et adulteros et *φαρμάκους*“ (P. S. p. 322); nam ii, qui cum maribus concubitant, sunt Levitae, de quibus supra egimus [1]).

Mirum in modum auctor librorum, qui „duo libri Ieû“ inscripti sunt, eandem haeresin gnosticam vehementer castigat, dicit enim Iesus, qui discipulos suos mysteria a se tradita prodere vetuit, haec [2]) (p. 55): „Ne detis ea ulli feminae aut ulli homini, qui septuaginta duos archontes esse credunt, aut qui iis serviunt, neve detis iis, qui octavam vim magni archontis adorant, i. e. qui sanguine menstruo sordis suae et semine virorum fruuntur dicentes: ‚Notitiam veri novimus et supplicamus deo veritatis.‘ Eorum deus ipse est malus. Audite igitur nunc et dicam vobis sedem eius. Ille est tertia vis magni archontis, hoc autem est nomen eius ‚Taricheas‘, filius Sabaothis Adamae, hostis regni caelorum; facies eius est facies suis, dentes eius extra eius caput, aversa pars capitis est leonis.“ Hic haeresin Gnosticorum, qui vocantur, castigari, quis est qui neget? Nonne ipsi menstruos fluxus et semen virorum absorbent? Nonne Taricheas, filius Sabaothis, diabolus est velut apud ceteros Gnosticos, quos commemoravimus? Accedit quod Epiphanius in capite de-

loco, cum nusquam in libris coptico-gnosticis cultus serpentis reperiatur, praetereamus. De dogmatis eorum confer Iren. h. I, 30. Pseudo-Tertullian cap. 47. Philastr. h. f. cap. 1. Epiph. h. 37. Orig. contra Celsum VI, 28 sqq. Lipsius: „Zur Quellenkritik“ p. 173 sqq.

1) Eph. h. 26, 13: *οἱ δὲ Λευῖται παρ᾽ αὐτοῖς καλούμενοι οὐ μίσγονται γυναιξὶν, ἀλλὰ ἀλλήλοις μίσγονται. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ προκριτέοι παρ᾽ αὐτοῖς δῆθεν καὶ ἐπαινετοί. Καταγελῶσι δὲ λοιπὸν τῶν τὴν πολιτείαν ἀσκούντων καὶ ἁγνείαν καὶ παρθενίαν, ὡς εἰς μάτην τὸν κάματον ἀναδεδεγμένων.*

2) apogr. W. p. 55.

cimo haer. 26 memoriae prodidit, alios asini alios porci figuram Sabaothem habere affirmare.

Cur vehemens discrimen inter Gnosticos sit, non difficile est intellectu, nam Gnostici, de quibus agimus, vitam beatam in *ἁγνείᾳ* et *ἐγκατρείᾳ* positam esse arbitrabantur, quod discrimen eo ortum esse contendo, quod haereses illae lascivae non procul ab istis domicilium suum constituerint. Itaque non errabimus arbitrati eos, qui libros coptico-gnosticos composuerunt, in Aegypto vitam degisse, quam opinionem Harnack (Untersuchungen etc. p. 108, 112) secutus est.

Ideo iam quaerendum est, num in Gnosticorum numero haereses quaedam fuerint, quae *ἀποταγὴν τούτου τοῦ κόσμου* asseclis suis praecipiebant. Et profecto, tres haereses inveniuntur, Severianos, dico, Archonticos, Sethianos, qui moribus severis utebantur.

Dogmata Severianorum ab Iustino, Irenaeo, Tertulliano, Philastrio literis mandata non sunt, Epiphanius primus haeresin operi suo inseruit, quo ex fonte Theodoretus h. f. I, 21 hausit, sed Epiphanius illam non recte inseruit, nam longe erravit ratus, hanc haeresin ad asseclas Apellis pertinere [1]), cum ex systemate appareat, Severianos vulsionem Gnosticorum fuisse.

Secundum Epiphanium et Eusebium a Severo quodam haeresi nomen Severianis tributum est, sed de re illa dubitari licet Lipsio recte iudicante (Zur Quellenkritik p. 216): „Auf die Existenz eines Severus ist trotz der Behauptungen beider Berichterstatter nicht mit Zuversicht zu rechnen, vielmehr wird dieser Name ursprünglich appellative Bedeutung haben, und nichts als die asketische Strenge bezeichnen."

Hic mundus, ut Severiani docent, a principibus ac potestatibus est creatus, supremo in caelo exstat bonus deus; diabolus

1) cf. haer. 45, 1: *Τούτοις* (sc. *Ἀπελληιανοῖς*) *καθεξῆς ἕπεται ἤτοι σύγχρονος ἤτοι παρὰ τὸν χρόνον.* Eusebius ipse Severianos cum Tatiano et Encratitis cohaerere affirmat: „*Σμικρῷ δὲ ὕστερον Σεουῆρός τις τοὔνομα κρατύνας τὴν προδεδηλωμένην αἵρεσιν αἴτιος τοῖς ἐξ αὐτῆς ὡρμημένοις τῆς ἀπ' αὐτοῦ παρηγμένης Σεουηριανῶν προσηγορίας γέγονε· χρῶνται μὲν οὖν οὗτοι νόμῳ καὶ προφήταις καὶ εὐαγγελίοις, ἰδίως ἑρμηνεύοντες τῶν ἱερῶν τὰ νοήματα γραφῶν· βλασφημοῦντες δὲ Παῦλον τὸν ἀπόστολον ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς ἐπιστολάς, μηδὲ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων καταδεχόμενοι* (hist. eccl. IV, 29).

autem est filius magni archontis, quem alii Ialdabaothem, alii Sabaothem vocant[1]). Ab illo serpens quidam generatus est, qui a caelesti virtute ad terram deiectus forma serpentis accepta cum terra, quasi femina esset, concubuit, quo ex semine vitis genita est, quamobrem se vino abstinent, cum ab eo omnia vitia profecta sint[2]). Repudiant conjugium, cum mulierem a Satana factam esse contendant, nam superior corporis pars, quae ab umbilico incipit, a caelesti vi[3]) est creata, inferior autem pars a mala potestate.

Ea, quae de haeresi Severianorum memoriae tradidit Epiphanius, ex ore locupletium virorum accepisse mihi videtur, ipse enim scribit in capite primo: *„Ὡς δὲ τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα διηγήσομαι“* et in capite secundo: *„ὡς ἀκηκόαμεν“*: accedit quod nusquam titulos scriptorum subditorum, quibus illi usi sunt, commemorat, sed potius in universum de apocryphis libris loquitur: *„Κέχρηνται δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ ἀποκρύφοις τισίν, ὡς ἀκηκόαμεν· ἀλλὰ καὶ ἐν μέρει ταῖς ῥηταῖς βίβλοις λεξιθηρῶντες ἐκεῖνα μόνα, ἅτινα κατὰ τὸν νοῦν αὐτῶν παραπλέκοντες ἑτέρως μεταχειρίζονται.“* Lipsius „Diese *ἀπόκρυφα*“ ait „waren vermuthlich keine andern, als die in den Händen der verwandten Parteien befindlichen, deren Epiphanios selbst des Öfteren gedenkt: er meint aber, diese Bücher hätten in sittlicher Beziehung grade das Gegentheil gelehrt von dem, was die ‚Severianer‘ wollten, könnten also unmöglich mit den von den letztern benutzten Geheimschriften identisch sein.“ Perscrutationes Epiphanio non multum profuisse ex his verbis apparet: *„Συντόμως δὲ κέχρημαι τῇ αἱρέσει διὰ τὸ ἤδη ἐξειπεῖν, ὅτι εὐάλωτος ὑπάρχουσα οὐ πολλῆς δεῖται ἐργασίας πρὸς σύστασιν τῆς κατ᾽ αὐτῆς ἀληθείας. μάλιστα δὲ ὅτι τάχα οἶμαι καὶ μηκέτι ἐκ ταύτης ὑπάρχειν τινὰς ἀλλ᾽ εἰ ἄρα σπανίως ἐν ἀνωτάτω μέρεσιν.“* Nam Epiphanius, cum haeresi Severianorum non occurrisset, ipse nescius,

---

1) *τὸν δὲ διάβολον υἱὸν εἶναι φάσκει τοῦ μεγάλου ἄρχοντος τῆς τῶν ἐξουσιῶν τάξεως, ᾧ ὄνομα τίθεται πὴ μὲν Ἰαλδαβαὼθ πὴ δὲ Σαβαώθ.* Idem apud Nicolaitas et Gnosticos, qui dicuntur, legimus.

2) *τὸν δὲ οἶνον ἐκ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ὄντα τὸν νοῦν θολοῦν τῆς ἀνθρωπότητος. Καὶ πὴ μὲν εἰς θέλξιν ἀφροδισίων ἄγειν, πὴ δὲ εἰς οἶστρον ἐγείρειν· ἢ δ᾽ αὖ πάλιν ὀργὴν ἐμποιεῖν διὰ τὸ κεπφοῦσθαι τὸ σῶμα ἐκ τῆς ἀπὸ τοῦ οἴνου δυνάμεως καὶ τοῦ ἰοῦ τοῦ προειρημένου δράκοντος.*

3) Haec caelestis vis sine dubio est Barbelo.

num reliquiae illis temporibus exstarent, addidit haec: „ἀλλ᾽ εἰ ἄρα σπανίως ἐν ἀνωτάτω μέρεσιν." Sed quaenam est vis vocum ἐν ἀνωτάτω μέρεσιν? Quas voces sine scrupulo confirmaverim ad Aegyptum superiorem pertinere; ex quo efficitur, ut Epiphanius, cum eum numquam superiores Aegypti provincias peragrasse nobis persuasum sit, diligentius omnes res cognoscere non potuerit.

Nunc, si placet, de haeresi Archonticorum[1]), ad quos Epiphanius legentes in capite secundo revocavit, quaerendum est. Quam haeresin nemo praeter Epiphanium (h. 40) compertam habuit[2]). Ineunte capite primo scribit: Ἀρχοντικῶν τις αἵρεσις τούτοις ἕπεται· οὐκ ἐν πολλοῖς δὲ τόποις αὕτη φαίνεται ἢ μόνον ἐν τῇ Παλαιστίνων ἐπαρχίᾳ. Epiphanio teste Petrus quidam haeresis auctor fuit, qui cum adolescens in variis haeresibus esset versatus, ad Aetium episcopum delatus ac Gnosticorum haeresis convictus a presbyterio motus est. Quo facto cum Cochaben, urbem in Arabia sitam, esset profectus, senex domum reversus ad sacra rursus admissus est, sed brevi tempore dogmatis suis haereticis sermonibus patefactis ab Epiphanio ipso ex ecclesia est eiectus. Postquam omnia quaecunque habebat inter pauperes distribuit, in antrum prope Eleutheropolin situm recessit, ubi anachoreta factus atque ovis pelle indutus vixit. Ad quem senem severum, cuius fama longe lateque florebat, 'venit Eutactus quidam Armenius paulo ante Constantii mortem (an. 361), qui antea in Aegypto fuerat. Ille dogmatis a Petro acceptis imbutus in Armeniam minorem rediit, ubi cum multas feminas ditissimas ac senatorii ordinis et nobilissimos homines sibi conciliasset, haeresin propagavit. Ipse paulo post mortuus est.

Quas res, quae multum ad res gnosticas cognoscendas valent, veras atque integras esse, quis est qui neget? Epiphanius enim cum ei de Petro iudicium ferendum esset, opiniones rei perscrutatus scripta ab eo usurpata perlegit, quo ex numero nonnulla

---

1) Lipsius: Zur Quellenkritik p. 192 sqq.

2) Recte iudicat Lipsius (Zur Quellenkr. p. 192): „Haer. 40 ist von Epiphanios ganz selbständig gearbeitet und in den Rahmen seiner Quellenschrift eingefügt. Die älteren Häresiologen erwähnen die Archontiker nicht. Theodoret, welcher haer. f. I, 11 dieselben bespricht, hat seine Nachrichten lediglich aus Epiphanios geschöpft, zum Theil selbst wörtlich, obwohl er sich meist geflissentlich bemüht, die Ausdrücke zu verändern."

memoriae tradidit: „*Καὶ οὗτοι δὲ ὅμως βίβλους ἑαυτοῖς ἐπλαστογράφησάν τινας ἀποκρίφους, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. Τὸ μὲν γὰρ Συμφωνίαν, μικρὸν δῆθεν βιβλίον καλοῦσι, τὸ δὲ μέγα Συμφωνίαν. Ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ βιβλία ἑαυτοῖς ἐπισωρεύουσιν, οἷς ἐὰν συντύχωσιν, ἵνα δόξωσι τὴν ἑαυτῶν πλάνην διὰ πολλῶν βεβαιοῦν ἐπισυνεισφέρεσθαι. Ἤδη δὲ καὶ τοῖς Ἀλλογενέσι καλουμένοις κέχρηνται· βίβλοι γάρ εἰσιν οὕτω καλούμεναι. Λαμβάνουσι δὲ λαβὰς ἀπὸ τοῦ Ἀναβατικοῦ Ἡσαΐου· ἔτι δὲ καὶ ἄλλων τινῶν ἀποκρίφων·*“ (cap. 2) et in capite septimo: „*Ὧι δὴ καὶ βίβλους τινὰς ἐξετύπωσαν εἰς ὄνομα αὐτοῦ τοῦ Σὴθ γεγραμμένας, παρ᾽ αὐτοῦ αὐτὰς δεδόσθαι λέγοντες. Ἄλλας δὲ εἰς ὄνομα αὐτοῦ καὶ τῶν ἑπτὰ υἱῶν αὐτοῦ. Φασὶ γὰρ αὐτὸν γεγεννηκέναι ἑπτὰ ἀλλογενεῖς καλουμένους, ὡς καὶ ἐν ἄλλαις αἱρέσεσιν εἰρήκαμεν, Γνωστικῶν φημι καὶ Σηθιανῶν.*“

Epiphanius ipse in memoriam nostram libros revocat, qui inscripti sunt *Σήθ* et *Ἀλλογενεῖς*, qui etiam apud Gnosticos [1]) et Sethianos [2]) circumferebantur, sed prave iudicat, cum dicat illos libros ab Archontibus fictos aut editos esse, neque intellexit, Petrum non auctorem haeresis novae, sed potius asseclam Gnosticorum, qui dicuntur, fuisse. Sed tamen fieri non postest, quin opinionem a Lipsio (Zur Quellenkritik p. 193 sq.) prolatam sequamur, qui scripsit haec: „Wenn Epiphanios aber behauptet, dass die ‚Archontiker‘ selbst diese Bücher erdichtet hätten (*ἐξετύπωσαν*), so muss allerdings gefragt werden, ob diese Angabe genau sei. Denn da sie sich auch im Gebrauche der haer. 26 beschriebenen ‚Gnostiker‘ und ‚Sethianer‘ gefunden haben sollen, von denen die letztere Sectengestalt jedenfalls, und die erstere, wenigstens wie Hippolyt sie beschreibt, älteren Ursprungs ist als die erst zu des Epiphanios Zeiten aufgetauchten ‚Archontiker‘, so muss man entweder jene Angabe des Epiphanios, oder die andere, dass jene Bücher auch von jenen älteren Secten benutzt wurden, fallen lassen. Doch ist hier überhaupt auf Ge-

1) Epiph. h. 26, 8: „*ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαὼθ, εἰς ὄνομα δὲ τοῦ Σὴθ πολλὰ βιβλία ὑποτίθενται.*“

2) Epiph. h. 39, 5: „*Βίβλους δέ τινας συγγράφοντες ἐξ ὀνόματος μεγάλων ἀνδρῶν, ἐξ ὀνόματος μὲν Σὴθ ἑπτὰ λέγοντες εἶναι βίβλους· ἄλλας δὲ βίβλους ἑτέρας Ἀλλογενεῖς οὕτω καλοῦσιν.*“

nauigkeit nicht zu rechnen. Denn die mündlichen Nachrichten, welche Epiphanios über die Sethianer eingezogen haben will (haer. 39, 1), werden keine anderen sein, als dieselben, welche er bei Gelegenheit der Bekämpfung jenes Petrus, oder auch nachmals über die Lehre seines Schülers Eutaktos gesammelt hat. Da er selbst aber in seiner Jugend mit den verwandten Phibioniten in Aegypten zusammentraf (haer. 26, 17), so konnte ihm leicht geschehen, dass er das einst in Aegypten und später in Palaestina Gehörte im Gedächtnisse nicht mehr genau auseinander hielt. Über die Sethianer hat er nun aus eigner Wissenschaft nichts anzuführen als einige Büchertitel und die Notiz, dass sie behaupteten, die Frau des Seth habe Horaia geheissen. Letztere Angabe kann aber sehr gut in den Büchern Seth oder Allogeneis gestanden haben, und ihr angeblicher Gebrauch bei den Sethianern wird erst aus den Titeln dieser Schriften selbst erschlossen sein. Die Angabe aber, dass auch die ‚Gnostiker' die Bücher Seth gebrauchten, braucht sich gar nicht auf die ägyptischen Phibioniten zu beziehen, sondern wird aus derselben Quelle geflossen sein, wie die Nachrichten haer. 39, 5. 40, 7, was um so erklärlicher ist, da ja die ‚Archontiker' nur eine spätere Gestalt derselben Secte, welche er anderwärts als ‚Gnostiker' und ‚Sethianer' aufführt, repräsentiren. Epiphanios fand also in Aegypten und Palaestina die Überreste der älteren ophitischen Parteien vor, welche dort Phibioniten, hier Archontiker genannt wurden, und bekam zugleich die ziemlich zahlreichen Geheimschriften dieser Häretiker in die Hände, welche immerhin zum Theil in weit früheren Zeiten verfasst und bei verschiedenen ophitischen Parteien verbreitet gewesen sein mögen, wenn auch das Zeugnis des Epiphanios selbst hierfür nur von m i t t e l b a r e m Werthe sein kann.“ Nam ille sine certa quadam causa arbitrari mihi videtur, Epiphanium res, quas in Aegypto acceperat, cum illis in Palaestina auditis miscuisse, praesertim cum disertis verbis haeresi Sethianorum in Aegypto occurrisse affirmet; enim vero illud Epiphanio obiciendum est, eum singulas haereses inter se connexas distraxisse.

Quae Epiphanius de dogmatis Archonticorum commemoravit, de libro, qui *Μεγάλη Συμφωνία* inscribitur, deprompsit, ut ipse dicit: „*τὸ δὲ πᾶν ἐκ τοῦ Συμφωνία καλουμένου βιβλίου*“ (cap. 2).

Secundum Archonticos octo caela exstant, in octavo regnat

Μήτηρ φωτεινή, quae est Barbelo, atque in unoquoque caelo unus archon, qui sibi multitudinem potestatum angelorumque procreat. Principatuum potestatumque cibus est anima, sine qua, cum virtutem eis praebeat, vivere non possunt. Diabolus [1]) est filius malus septimi principatus, qui est Sabaoth, Iudaeorum deus, qui ad sinistram potestatem pertinet. Eva, quae cum diabolo concubuit, Cainum et Abelum concepit, quorum alter alterum, cum uterque sororis amore flagrasset, interfecit (cap. 5). Quo facto Adamum ex Eva coniuge Sethum genuisse contendunt, quem Barbelo una cum angelis Dei boni rapuerit — qua de causa ipse *ἀλλογενής* appellatus est — atque per longum tempus, ne ab Caino interficeretur, educaverit. Deinde Barbelo eum in mundum intulit et spiritualem atque corporeum reddidit, quam ob rem Seth non mundi creatorem, sed bonum deum et virtutem incomprehensibilem adoravit multasque res, quae ad mundi creatorem eiusque angelos et potestates attinent, detexit detectaque libris quibusdam suo nomine inscriptis et a se relictis mandavit. Ipse genuit septem filios, qui *Ἀλλογενεῖς* nominantur (cap. 7). Carnem negant resurgere idque soli animae attribuunt, baptismum et mysteriorum celebrationem *ὡς ἀλλοτρίαν οὖσαν καὶ εἰς ὄνομα Σαβαὼθ γεγενημένην* repudiant. Itaque eas animas servari posse contendunt, quae cognitione accepta nomini Sabaothis legislatoris maledixerint atque ecclesiae baptismum evitaverint (cap. 2).

Quibus ex rebus intelligi potest, Archonticos sicut Nicolaitas, Phibionitas, Kainitas, Severianos iuxta Sabaothem, deum malum, posuisse bonum deum, sed iidem et Severiani non lascivis libidinibus se dederunt, quamvis Epiphanius graviter eos incuset: „*Καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν κατὰ τὰ σώματα κεχραμμένων ἀσελγείᾳ τυγχάνουσιν· ἄλλοι δὲ δῆθεν προσποιητὴν νηστείαν ὑποκρίνονται· ἀπατῶσι δὲ τοὺς ἀφελεστέρους ἀνθρώπους προσχήματι μοναζόντων ἀποταξίαν τινὰ σεμνυνόμενοι*“ (cap. 2). Postremo ille nomina duorum prophetarum memoriae tradidit, qui ab Archontibus laudibus efferebantur: „*Οὗτοι δὲ καὶ ἄλλους προφήτας φασὶν εἶναι, Μαρτιάδην τινὰ καὶ Μαρσιανὸν ἁρπα-*

1) Ep. haer. 45, 1: „*τὸν δὲ διάβολον υἱὸν εἶναι φάσκει τοῦ μεγάλου ἄρχοντος τῆς τῶν ἐξουσιῶν τάξεως, ᾧ ὄνομα τίθεται πὴ μὲν Ἰαλδαβαὼθ πὴ δὲ Σαβαώθ.*“

γέντας εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ διὰ ἡμερῶν τριῶν καταβεβηκότες (cap. 7).

Nunc cum libri, qui *Σήθ* et *Ἀλλογενεῖς* inscripti sunt, legentes ad Sethianos reiecerint, facere non possumus, quin de haeresi illa, cuius de dogmatis Epiphanius in haeresi undequadragesima egit [1]), accurate disputemus.

Cui haeresi Epiphanius in Aegypto occurrit, ut ipse dicit: „*Σηθιανοὶ πάλιν αἵρεσις ἑτέρα ἐστὶν οὕτω καλουμένη. Οὐ πανταχοῦ δὲ αὕτη εὑρίσκεται, οὔτε ἡ πρὸ ταύτης ἡ τῶν Καϊανῶν λεγομένη. Τάχα δὲ ἤδη καὶ αἱ πλείους τούτων ἐξεῤῥιζώθησαν ἐκ τοῦ κόσμου . . . . . . Τάχα δὲ οἶμαι ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ συντετυχηκέναι καὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει. Οὐ γὰρ ἀκριβῶς τὴν χώραν μέμνημαι, ἐν ᾗ αὐτοῖς συνέτυχον. Καὶ τὰ μὲν κατὰ ἱστορίαν φύσει αὐτοψίᾳ περὶ ταύτης ἔγνωμεν, τὰ δὲ ἐκ συγγραμμάτων*“ (cap. 1), sed illis temporibus haeresis ad paucos asseclas erat redacta [2]).

Sethiani ex Setho, quem praedicant, cognomen illud traxerunt, nam illum veritate ac iustitia praeditum Christum vel Iesum esse contendunt. Secundum eorum dogmata mundus ab angelis creatus est, ab initio duo homines exstiterunt, a quibus Cainus et Abelus procreati sunt, sed cum angeli de illis inter se dissenserint, Kain interfecit Abelum. Quo crimine ira incensa *ἄνω δύναμις* seu *μήτηρ* perfecit, ut Seth exstaret, in quem scintillam superiorem immisit, qua de causa Sethiani se electum genus et superiore vi praeditos esse gloriabantur [3]). Cum autem promiscua perturbatio et angelorum hominumque temerarii impetus exorta essent, mater inundatione facta genus hominum sceleratum, ut incorrupta Sethi gens retineretur, exstinguere studebat, sed male rem gessit, nam angeli Chamum ab inferiore vi procreatum nescia

---

1) cf. Pseudo-Tertull. cap. 47. Phil. h. f. cap. 3.

2) „*Τὰ δὲ νῦν συντόμως οὔσης τῆς αἱρέσεως οὐκ ἐνδεηθεὶς ἐπεκτεῖναι τὸν κατ᾽ αὐτῆς ἔλεγχον, ἀρκοῦμαι τοῖς παροῦσι μόνοις*“ (cap. 9).

3) „*Καὶ καταλαβοῦσα ἐν αὐτῇ σπέρμα τῆς ἄνωθεν δυνάμεως καὶ τὸν σπινθῆρα τὸν ἄνωθεν πεμφθέντα εἰς πρώτην καταβολὴν τοῦ σπέρματος καὶ συστάσεως. Καὶ εἶναι ταύτην σύστασιν τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐκλογὴν σπέρματος καὶ γένους· ὅπως διὰ τῆς ταύτης συστάσεως καὶ τούτου τοῦ σπέρματος καθαιρεθῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων καὶ τοὺς δύο ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀνθρώπους*“ (cap. 2).

matre arca abdiderunt, per quem omnia flagitia rursum in terram sunt introducta. Dicunt illi Christum esse eundem ac Sethum et admirabili in modo in mundum venisse 1).

Praeter illos libros, quos supra commemoravimus, Epiphanius mentionem facit revelationis cuiusdam Abrahami et alterius ab Moyse relicti libri (cap. 5), et Horaeam coniugem Sethi fuisse affirmat.

Nunc quaerendum est, cuius haeresis is, qui „Pistim Sophiam" et „duo libros Ieû" composuit, fuerit. Sethiani, cum nusquam in libris, de quibus agimus, nomen Sethi legatur, sine dubio sunt removendi, non magis Archontici, quippe qui secundum Epiphanium baptismum et mysteria respuerint, Severianis contra favent omnia. Nam illi Epiphanii temporibus in Aegypto superiore erant 2), Sabaothem, magnum archontem, esse patrem diaboli definiebant 3), a vino abstinebant 4), coniugium esse opus diaboli confirmabant 5).

Epiphanius libros, quibus illi utebantur, non inspexit, sed, ut supra demonstravimus, nihil aliud dicit nisi haec: „*Κέχρηνται δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ ἀποκρύφοις τισὶν, ὡς ἀκηκόαμεν.*" Quodsi auctor librorum, de quibus disputamus, assecla Severianorum fuerit, statuendum erit, in numero librorum apocryphorum fuisse „Pistim Sophiam"; libri apocryphi autem sunt, ut Lipsio teste supra coniecimus, iidem ac illi, qui apud Sethianos, Archonticos, Gnosticos, qui nominantur, circumferebantur. Quo ex numero Harnack, vir doctissimus, libros, qui ‚magnae' et ‚parvae interrogationes Mariae' sunt inscripti, quippe qui cum „Pisti Sophiae" summa affinitate coniuncti sint, selegit; is enim dicit 6): „Dass nun diese ‚Grossen Fragen der Maria' nicht mit unserem Buche identisch sind, liegt auf der Hand. Aber ohne Zweifel findet eine Verwandtschaft statt. Dort wie hier ist Maria die Haupt-

1) cf. Lipsius: Zur Quellenkritik p. 191.

2) Ad Aegyptiam terram pertinent libri, de quibus agimus.

3) cf. P. 55 libri Ieû: „Is est tertia vis magni archontis, hoc ipsum est nomen eius: Taricheas, filius Sabaothis Adamae, inimicus regni caelorum."

4) Quamobrem vinum in baptismo aequae celebrando in aquam transmutatur.

5) cf. P. 60 libri Ieû secundi.

6) Über das gnostische Buch Pist.-Soph. p. 108.

person, dort wie hier empfängt sie neue Offenbarungen, dort wie hier ist die Scene auf dem Ölberg, endlich dort wie hier werden die neuen Offenbarungen sorgfältig in Beziehung gesetzt zu den alten Offenbarungen, dem Evangelium (Joh. Ev.). Das kann nicht zufällig sein. Bedenkt man aber weiter, dass jene ‚Gnostiker', welche so scheussliche Mysterien veranstalteten, nur eine kleine Fraktion [1]) waren, eine „Butlarsche Rotte" der alten Kirche, welche die Lehren und Gebräuche ihrer Partei ins Obscöne und Scheussliche umsetzte, während die Partei selbst, auch nach Epiphanius, sich dergleichen nicht zu Schulden kommen liess, so liegt die Annahme sehr nahe, dass jene ‚Kleinen Fragen der Maria' mit unserem Buche identisch sind. Epiphanius hat sie nur erwähnt, aber nichts aus ihnen mitgetheilt. Die einfachste Erklärung dafür ist, dass er in der haer. 26 lediglich Schweinereien auftischen wollte, solche aber in den ‚Kleinen Fragen' nicht fand (wenn er sie überhaupt in Händen gehabt hat). Dürfen wir annehmen, dass die ‚Kleinen Fragen' ebenfalls, wie die grossen und wie schon der Titel besagt, Maria zum Mittelpunkt machten, neue Offenbarungen enthielten, auf dem Ölberg diese Offenbarungen mitgetheilt sein liessen, und sich sorgfältig auf das alte Evangelium [2]) bezogen, aber frei von Obcönitäten waren, so haben wir unser Buch Pistis-Sophia zu erkennen, dem wir ja den Namen ‚Fragen der Maria' geben zu müssen glaubten" [3]).

Huic coniecturae nihil obstat, si concedas, librum primo non totum confectumque fuisse, sed postea a compilatore nescio

1) Hoc loco Harnack in errore versatur, nam Epiphanii temporibus haeresis illa valde florebat.

2) Severianos scriptis veteris et novi testamenti usos esse, disertis verbis Epiphanius in capite secundo dicit: „*ἀλλὰ καὶ ἐν μέρει ταῖς ῥηταῖς βίβλοις λεξιθηρῶντες ἐκεῖνα μόνα, ἅτινα κατὰ τὸν νοῦν αὐτῶν παραπλέκοντες ἑτέρως μεταχειρίζονται.*"

3) Idem coniecit Renan (Marc Aurèle p. 120): „L'ouvrage est peut-être identique aux ‚Petites interrogations de Marie' dont Epiphane parle comme d'un ouvrage gnostique. Voyez l'Égl. chrét. p. 528. La Pisté Sophia consiste, en effet, pour la plus grande partie, en interrogations adressées par Marie à Jésus", sed vir doctissimus erravit arbitratus Mariam illam esse Iesu matrem (p. 145), nam non illa, sed Maria Magdalena Iesum interrogat.

quo esse compositum; extremi libri duo enim, ut alio loco demonstraturi sumus, *τεύχη τοῦ Σωτῆρος* inscripti erant.

Sed quonam tempore hic liber conscriptus est? Harnack [1]) sagacissime octo vel novem res proposuit, quibus usus coniecit, Pistim Sophiam altera parte tertii saeculi esse fictam, ad quam coniecturam Koestlin ipse pervenerat. Quorum sententiam nos quoque sequemur ea conditione, ut dicamus, quartum librum antiquiorem et priore saeculi tertii parte esse conscriptum.

Unde haud difficile conici potest, qua aetate libri, qui „duo libri Ieû" nominantur, sint compositi, nam — id quod suo loco explicabitur — auctor „Pistis Sophiae" non solum hos noverat, sed etiam usurpavit dicens, eos a Iesu Henocho traditos esse in paradiso [2]), ex qua fabula apparet, libros apud asseclas eadem auctoritate qua aetate fuisse. Et profecto, ex iis, quae de gnostico systemate disputaturi sumus, intelligi potest, „duos libros Ieû" multo vetustiores fuisse quam „Pistim Sophiam". Itaque non multum aberrabimus arbitrati illos primis lustris tertii compositos esse.

1) l. c. p. 95 sqq.
2) Pistis Sophia p. 245 sq. 354.

Vita.

Natus sum Carolus Schmidt Megalopolitanus Hagenowiae anno h. s. LXVIII mensis Aug. die XXVI, patre Johanne, magistro ludi, in quo communis humanitatis elementa traduntur, matre Friederica e gente Schneider, quos adhuc vivos pio gratoque animo colo. Fidem profiteor evangelicam.

Postquam elementa litterarum usque ad annum vitae decimum secundum patria in urbe didici et per sex annos frequentavi gymnasium Fridericianum Suerini, vere anni LXXXVII maturitatis testimonio accepto ad almam matrem Lipsiensem accessi, ut studiis philologicis operam darem. Professores audivi illustrissimos: Brugmann, Delitzsch, Fricke, Hermann, Lipsius, Masius, Pückert, Schreiber, Seydel, Strümpell, Voigt, Windisch, Zarncke. Vere sequentis anni Berolinum me contuli, ubi cum studiis classicis et philologiae Aegyptologicae, tum ab autumno anni XC studiis theologicis operam navavi.

Berolini docuerunt me professores illustrissimi: Diels, Dieterici, Dillmann, Ebbinghaus, Erman, Harnack, Hirschfeld, Hübner, Kiepert, Kirchhoff, Kleinert, Müller, Robert, Sachau, J. Schmidt, Schrader, v. Treitschke, Vahlen, Wattenbach, Weiss.

Quibus viris omnibus ex animi sententia gratias ago iustissimas et verissimas, imprimis vero Georgio Steindorf, qui me summa cum liberalitate in studium papyrorum Copticarum induxerit, nec non Hübnero, Kirchhoffio, Harnackio, qui ad exercitationes philologicas, epigraphicas, theologicas benigne mihi aditum concesserint. Insignis vero erga me fuit Adolfi Erman benignitas, qui me non solum principiis linguae Aegyptiacae et Copticae imbuerit, sed etiam quem omni tempore opera et consilio in studiis meis permultum me adiuvisse prio gratoque animo fateor, nec minorem habeo gratiam Adolfio Harnack, cuius ingenio allectus studiis theologicis operam dederim.